



Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. XV. An Leges Regni vel Territorij obligent subditos, quando extra illud
versantur, vel advenas dum in eo ad tempus substitunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Hæc etiam Potestas, est in illis communitatibus perfectis, quæ per se ipsas gubernantur, sive aristocratice vel populariter. omnes populi ss. de Just. & Jure, Idem est in Rebus publicis uti Veneta, Genuensi, & similibus, qui supremam in se Potestatem retinent unaquæque autem civitas, tantum habet de Potestate condendi Leges, quantum habet de Jurisdictione superiori Baldus in lib, omnes populi ss. de Justitia & Jure.

C A P U T XV.

An Leges Regni vel Territorij obligent subditos quando extra illud versantur; vel advenas dum in eo ad tempus subsistunt.

LEx non obligat extra terminum Territorij illius Superioris, vel Principis a quo fertur, & ideo Incolæ illius Territorij per se loquendo, non peccant, et si contra illam agant, dum extra Territorium existunt, est communis Sententia Doctorum in cap. de constit: in & quia Jurisdictio particularis, non extenditur quo ad Leges ferendas, extra Territorium, cum alioquin Princeps excederet sphæram suæ activitatis, ut loquuntur Philosophi.

Hoc autem intellige de propria obligacione Legis directiæ, & in Conscientia; nam in

coact
re sub
pœnâ
pro si
impo
delic
intra
ider
nitur,
suppo
dum
extra
respi
vitetri
liqui
lib. 3
Au
ligen
est in
oblig
santu
Hæc
L.cur
Inno
fri, &
Terr
exist
tur, in

coactione ad Pœnam, potest Princeps punire subditum, qui deliquit extra Territorium pœnā impositā per Legem suam, & latam pro suo Territorio, quando pœna non est imposita de Jure, sed imponenda, nam tunc delictum extra Territorium commissum, intra illud postea punitur. Ita Abbas in cap. I de raptoribus, quia tunc postea non imponitur, extra Territorium sed intra illud, quia supponitur per hominem inferenda. Scendum tamen aliquando legem non obligare extra Territorium, dum materia illius, non respicit bonum ipsius Territori, scilicet ut vitetur injuria vel nocumentum ejus, aut aliquid simile, ita ex Covarruia tradit Suarez lib. 3 de Leg. cap. 32.

An autem Leges propriæ Territorij obligent advenas & peregrinos, controversia est inter Doctores. Verior Sententia est, eos obligari in Conscientia, quamdiu ibi versantur, eodem modo quo obligatur Incolæ; Hæc est communis sententia Interpretum, in L. cunctos populos cap. de summa Trinitate Innocentij, Hostiensis, Panormitani, Sylvestri, &c. quia lex fertur generaliter, pro tali Territorio, ideoque obligat omnes, ibi acti existentes, pro tempore, quo ibi commorantur, imo, illi quoque subjiciuntur, quoad vim

coactivam, adeoque ibi puniri possunt, o
transgressionem talis Legis, vel per Judicem
vel per ipsam legem, si poenam ferat ipso fa
cto. Ita Interpres in c. à nobis, de sententiâ
excommunicationis.

Similiter quoque ab Advenis, servanda
sunt Leges Territorij, in quo versantur, quo
ad formas Judiciorum, Contractuum, Testa
mentorum & similiūm, & juxta illas judican
dum, & contra illas acta, sunt irrita, Ita Baro
lus, Jason, Felin, Panormit, &c.

C A P U T . XVI.

*An Leges Civiles justæ obligent Ecclesiastis,
& quomodo.*

Clerici tenentur servare Leges Civiles
justas, ac necessarias, quæ pro tota com
munitate Populi vel civitatis feruntur, qua
rum materia communis est Clericis cum a
lijs civibus, & æque possunt ab omnibus ob
servari, sine ulla indecentia, vel iniquo gra
vamine Clericorum, ita omnes Canonistæ
& Summistæ Soto, Medina, Vasq. Toletus,
Sylvester Covarrrias & alij, nam communis
Ecclesiæ consuetudo habet, ut hujusmodi
Leges, à Clericis serventur, non propter ti
morem, sed propter Conscientiam & scan
dalum avertendum, si sacerdtales viderent
tales à Clericis non servari, y.g. triticum ca
rissimum.